



R. P. ANDREÆ

M E N D O

BVLLÆ SANCTÆ

C R V C I A T Æ

E L V C I D A T I O .

R. P. ANDREÆ  
M E N D O

LVCRONENSIS, E SOC. IESV  
in Provincia Castellana,

REGIS CONCIONATORIS, SUPREMI SENATUS FIDEI  
Censoris, olim Salmanticae Theologiae Scholasticae Professoris, ac Sacrae  
Scripturae Interpretis, eiusque Dicecesis Examinatoris Synodalis,

BVLLÆ S. CRVCIATÆ  
ELVCIDATIO;

*VBI BVLLA COMMVNIS VIVORVM, LACTICINIORVM  
pro Ecclesiasticis, Compositionis, & Defunctorum: Necnon Facultates  
Commissarij Generalis Cruciatæ exponuntur.*

OPVS ET CONFESSARIIS, ET IVRISPRVDENTIBVS PERVTILE,  
in quo ad omnes ferè materias Morales fundamenta, & resolutiones traduntur,

*Cum duplici Indice, altero Disputationum, & Capuum, altero Rerum.*

*Editio altera plurimis Questionibus, & Discussionibus edita.*




LUGDUNI,

Sumptibus HORATII BOISSAT, & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXIX.

Cum Approbatione, & Petitione Superiorum.






EMINENTISS. D. DON IACOBO  
**ROSPILLIOSI,**  
S. R. E. CARDINALI.

**C**VM primum (EMINENTISSIME DOMINE) hoc Opus in lucem edidi, Tibi sacraui; & cum secundo prodis in publicum, ad eundem confugit Mactnatem: ut qui tunc placido vultu excepit nunc foueat, deposita maiestate, benignus. Experimentum, quo didici Tuam humanitatem, ruborem frontis expellit, ut his reuerentia signis patrocinium iterum ambiam, quod omine fausto semel obtinui. Apertiori iam fronte possum Tuis pedibus hunc Tomum aduolucere, qui à secunda manu magis correctus, expolitus, & additus, votis, quibus expectatur, indulget; nec enim à prima editione ullus venalis superfuit. Exiguum fateor obsequium, sed non aliud datur parari, ut per illud respiret utrumque animus Tuis beneficiis adeo obaratus, ut se Tibi aeternum profiteatur multiplici nomine deuinctum. Excipies, qua soles beneuolentia, id venerationis symbolum, quod vltro tuum sinum quarit, velut doctrina, atque sapientia sacrarium; inde amat foueri, inde illustrari, inde, si quem plausum prius comparauerat, ad augeri. Annues votis, qui indole ad fauendum nata nunquam rigido supercilio damnabis quod humilis, ac gratus tibi dicarit affectus. Nec id dumtaxat exopto, ut Opus improba fatigatione elaboratum Tuo praesidio munias, sed ut qua sunt commissa, probes: qua secus emendes. Quis enim id rectius prestare valeat, quam in litterarum studiis innutritus? Glorietur Salmanita celeberrima toto orbe Academia, se Tua olim nobilitatam fuisse praesentia: & qua Tuam ingenium, eruditionem, ad praclaros in utroque iure progressus geminatis acclamationibus est profecuta, nunc vsque ad miraculum, & oraculum excreuisse, sibi merito



# BVLLÆ SANCTÆ CRVCIATÆ ELVCIDATIO



## DISPVATIO I.

*De origine, concessione, & interpretatione  
Bulle S. Cruciatæ.*

**P**ROEMIALIS hæc disputatio aliquas de Bulla in communi quaestiones expediet, ut illam à disputatione sequenti in speciali incipiamus exponere. De Bulla Cruciatæ, aut seorsim, aut inter tractatus alios, scripserunt: Sebastianus Acosta de Andrade, Emanuel Rodriguez, Ludovicus Lopez, Henricus de Villalobos, Antonius Gomez, Ludovicus à Cruce, Alfonso de Vega, Ioannes Garnica, Antonius Diana, Ioannes Aegidius Trullench & paucij alij, quos decursu citabimus. In floribus etiam Authoribus dispersa sunt multa circa Bullam; præcipuè apud P. Henricum Henriquez, & P. Franciscum Suarez. In manuscriptis eam explanarunt illustres nonnulli recentiores; inter quos Basilius Legionensis; quem, ut accuratæ doctrinæ virum, & cuius opera aliâ typis mandata publica luce potiuntur, sæpè in quaestionibus referam.

### CAPVT I.

*Bulla Sanctæ Cruciatæ Latinum transcriptum.*

**V**T Bulla, quam exponere aggredimur, præ oculis habeatur, polliquetextus, serieque verborum perpendi, ver-  
*Atendo in Bull. Cruciat.*

barim eam operis initio transcribere, non erit inutile. Primumque Bullam latinam, deinde Bullas ex ea deductas, Hispano nostro idioma connectas apponemus. Bulla quidem Latina non ea est ad verbum, quam Pontifex aliquis, ex his, qui Cruciatam concesserunt, expedierit; sed ex omnibus, quas summi Pontifices indulerunt, & paulatim ampliarunt, Commissarius Generalis Cruciatæ, in Bulla, quam promulgari præcipit, fideliter gratias, privilegia, & facultates exeraxit; quam eandem Bullam hic subiiciemus, demptis, ad molestiam, prolixitateque vitandam proemio, & clausulis ad institutum præteris neutiquam necessariis. Hinc, cum inferius legas clausulam, qua conceditur, bis in anno Bullam communem vihorum accipi posse; aduerte, verbatim illam excerptam fuisse à prædicto Commissario ex quodam Breui particulari Gregorij XIII. ideoque in ea sunt hæc verba: *concedimus, & elargimur.* Prætercâ post alias, etiam reperies clausulam, quâ Urbanus VIII. concessit Sacerdotibus secularibus privilegium vescendi ovis, & lacteiniis tempore Quadragesimæ. Exinde etiam cernes, cur numerus pluralis concedentium statim initio Bullæ præfigatur; loquitur enim Commissarius de Pontificibus, qui Bullam Cruciatæ expedierunt, & ampliarunt. Sic ergo ait post proemialia verba: desumptis ex ea clausulis, quæ ad nostrum institutum spectant.



